

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio au
cum fonte primo

Misisti manum ad aratrum,
opus est fortitudinis et constancie;
speculator factus es,
opus est prudencie;
debitor es sapientibus et insipientibus,
opus est iusticie;
predicare debes, opus est temperancie.

Bernardus in quadam epistola.

Manum vestram misistis ad fortia;
opus est fortitudine.
Speculator domui Israel factus estis;
opus est prudentia.
Sapientibus et insipientibus debitor estis;
opus est iustitia.
Postremo temperantia maxime opus est,
ne qui aliis praedicat, ipse, quod absit,
reprobus fiat.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 26
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.
Rochais eds., p.79, ll.18-21).